e-codices

Dyapason uero et dyapente triplia: Bis dyapason quadrupla conlatione: Dyapente ac dyatessaron
comparati one col perfi citur unu perficiunt
licitur hocmodo dyapason
hocmodo



DE TONO ET SEMI TONIIS.

Russus tonus in aequa diuidi non potest. curauit, posterius liquebit. nunc hoc tantum non esse
suffigeat. quod numquam tonus in gemina aequa diuidit. atq; uti difficillime comprobetur.
sit sesquioctaua proportio viii & viiii. horum nullus naturaliter medius numerus incidet.
hos igitur binario multiplicem. fiuntq; bis viii xvi. Bis viiii xviii. Inter xvi aut & xviii
unus numerus naturaliter incidit. qui ÷ scilicet xvii. qui disponantur in ordine xvi & xvii
& xviii. Igitur xvi & decem & viii collati sesquioctauam retinent proportionem. atq; id circo tonum.
Sed hanc proportionem xvii numerus medius non in aequalia partitur. Comparatus enim ad xvi
habet in se totum xvi & eius sextam decimam partem scilicet unitatem. Si uero ad eum idem ad
xvii tertius id ÷ octauus decimus numerus comparetur habet eum totum & eius xvii partem. Non
igitur his dem partibus & minorem superat & a maiore superatur. & est minor pars xvii maior
xvi. Sed utraq; semitonia nuncupantur. Non quod omnino semitonia ex aequo sint media
sed quod semum dicisolet quod ad integritatem usq; non peruenit. Sed inter haec unum maius
i. sexta decima pars
semitonium nuncupatur aliud minus.

INQUIBUS PRIMIS NUMERIS SEMITONIUM CONSTET.

xvii Quod uero sit integrum semitonium. aut quibus primis numeris constet nunc euidentius explicabo.
Idenim quod de diuisione toni dictum est non ad hoc pertinet ut semitoniorum modos uoluerimus
ostendere. sed ad id potius quod tonum in gemina aequa diceremus non posse disiungi
diatessaron quae est consonantia. uocum quidem ÷ quattuor inter uallorum trium.
Constat autem ex duobus tonis & integro semitonio. Sit enim subiecta discriptio. c xcii
cc xvi. cc xliii. cc lvi. Si igitur c xcii numerus cc lvi comparetur sesquitertia proportio fiet.
ac diatessaron concinentiam resonabit. Sed si cc xvi ad c xcii comparemus sesquioctaua proportio est.
Est enim eorum differentia xxiiii quae est viii pars de c xcii. Est igitur tonus

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 35 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0298/35)